



The Holy See

IOANNES PAULUS PP. III LITTERAE APOSTOLICAE **AD UTILITATEM SAN**E CATHEDRALIS ECCLESIA
CAMPIVALLENSIS SANCTAE CAECILIAE VIRGINI
ET MARTYRI DICATA TITULO ET DIGNITATE BASILICAЕ MINORIS INSIGNITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Ad utilitatem sane Christifidelium multum Sanctorum confert cultus, tum quia hi exemplo sunt in virtutum exercitio, tum quia apud Deum praestantissimi precatores. Eiusmodi igitur cultus, cum iuxta Ecclesiae normal explicator, omnimodis est fovendus, praesertim per honorem eorum templis tributum. Quoniam igitur Venerabilis Frater Robertus Lebel, Episcopus Campivallensis, votis denuntiatis cleri et populi catholici, ab hac Apostolica Sede petivit ut cathedralis Ecclesia Sanctae Caeciliae Virgini et Martyri dicata titulo ac dignitate Basilicae Minoris ornaretur, Nos eiusdem Ecclesiae considerato momento, ob magnam fidelium frequentiam variaque pastoralia incepta, in universa dioecesi, Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum consulta probantes, postulationem libenti animo admisisimus. Qua re cathedralem Ecclesiam Campivallensem, Sanctae Caeciliae Virgini et Martyri dicatam, titulo et dignitate Basilicae Minoris decoramus, omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus iis servatis quae, iuxta Decretum «de titulo Basilicae Minoris» die IX mensis Novembris anno MCMLXXXIX vulgatum, servanda sunt. Contrariis rebus quibuslibet minime obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Februarii, anno MCMXCI, Pontificatus Nostri tertio decimo.* ANGELUS SODANO, archiep.

Prosecretarius Status © Copyright 1991 - Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana